

ENCOMION

Caspar Remp.
vltimus suae fa-
miliae.

An. 1595. 2. die
Nouemb. obiit

Albertus Co-
mes ab Achalm
obiit sine here-
de An. 1289.

Achalm & Pful-
lingen cum reli-
quis pagis eo
pertinentibus
sub tutelam Du-
cis V Wirtember-
gici venerunt,
An. 1300.

V Wolfgangus
Comes de Pful-
lingen vixit An.
984.

*Rempina Caspar stirpis fuit vltimus olim
In Pfullingensi pago vir nobilis amplo
Qui Gomeringensem certo numismate pagum
Vendidit, & nostra Reütlinga tradidit vrbi.
Nuper in hoc autem fuit ANNA extincta sororum
Vltima Canobio Reyschinâ gente domoquæ
Progenita, & dulcis sua condidit ossa quiete:
Sic Comite extincto postremo montis Achalmi,
Qui fuit Albertus Comes Illustrissimus olim
Et vir magnanimus, bellator, & impiger Heros
Cum Comite Ebrardo, quem Wirtembergâ creauit
VRBES Imperij ferro vastauit, & igni:
Et tandem sine prole perit, sine Mare relicto,
Cesserat ipsius sedes, Ditiog. paterna
Wirtembergiacis Dominis, magnisq. Dynastis:
Nam Wirtembergâ Princeps EBERHARDVS, in ora
Dux primus sacrae tutor fuit illius adis,
Et Pfullingensis pagi Dux ille Patronus
Extitit: hac Dominis Teccensibus inclyta sedes
Wirtembergiacis benè paruit inde patronis,
Hactenus: & porrò Dominis parebit auitis.
Quid loquar antiquos Pfullingâ à sede creatos
Annosa de stirpe viros, Comitesq. vetustos?
Vltimus hic Wolfgangus erat pietate celebris
Inq. Ratispona vir sanctus Episcopus vrbe
Qui sacra diuini dispersit semina verbi,
In multis templis, Boijs notissimus oris
Hic fuit: humanis rebus valedixerat olim,
Et Pfullingensem sedem patriamq. reliquit:
Mundus vbi à Christo nongentos quatuor annos
Octoginta simul numerauit in ordine lapsos,
Ipsius imperium Dominis, post fata relictum*

Cesse